Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



celestia tracto. 2 mox carnalium turba occurrit oranti. Deus meus ne elongeris a me neque declines in ira a servo tuo. Fulgura choruscacione tua 2 dissipa eas. Emitte sagittas tuas 2 conturbentur omes fantasie inimici. Recollige sensus meos ad te 2 fac me oblimisci omnia mundanorum. Da cito abicere et contemnere fantasmata viciorum. Succurre mihi eterna veritas ut nulla me moveat vanitas. Adveniat celestis suavitas 2 fugiat a facie tua omnis impuritas. Ignosce quoque mihi misericorditer indulge quotiens pro te aliud in orde revolvo. Confiteor etenim vere quia valde distracte me hic conversemur ibi multo citius ubi corporaliter sto aut sedeo. Sed ibi magis sum quo cogitaciones fero. Ubi sum ubi cogitacio mea est. Ubi est frequenter cogitacio mea ubi est quod amo. Hoc mihi cito occurrit quod naturaliter delectat aut ex usu placet. Unde tu veritas aperte dixisti ubi enim est thesaurus tuus ibi est et cor tuum. Si celum diligo libenter de celestibus pensio. Si mundum amo mundi felicitatibus congaudeo 2 de adversitatibus eius tristor. Si carnem diligo. quia carnis sunt semper imaginor. Si spiritum amo de spiritualibus cogitare delector. Quicquid enim diligo de hiis libenter loquor 2 audio. atque talium imaginacionum ad domum reportio. Quis beatus ille homo qui propter te dne omnibus creaturis